Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ad pacem sunt urbem & habundantia
diligentibus te. Fiat pax in vir
tute tua & habundantia in turribus
tuis. Propter fratres meos & pro
ximos meos loquebar pacem de te.
Propter domum dei dei nostri
quesiui bona tibi.

Ad te leuaui oculos meos
qui habitas in celis. Ecce
sicut oculi seruorum in
manibus dominorum suorum. Si
cut oculi ancille in manibus do
mine sue. ita oculi nri ad dnm
deum nrm donec misereatur nri.
Miserere nostri domine miserere
nostri quia multum repleti sumus
despectione. Quia multum reple
ta est anima nra obprobrium ha
bundantibus & despectio superbis.

Nisi quia
dns erat in nobis dicat
nunc israel nisi quia dns
erat in nobis. Cum exsurge
rent homines in nos. forsitan vi
nos. Cum irasceretur furor eo
rum in nos. forsitan aqua obsor
buisset nos. Torrentem pertran
sit anima nostra. forsitan per
transisset anima nostra aquam
intollerabilem. Benedictus dns
qui non dedit nos in captionem
dentibus eorum. Anima nra
sicut passer erepta est de la
queo venantium. Laqueus
contritus est & nos liberati sumus.
Adiutorium nostrum in nomine
domini qui fecit celum & terram.

Qui confidunt
in domino sicut mons sion non
commouebitur in eternum qui habitat
in hierusalem. Montes in circuitu eius
& dominus per circuit populum suum ex hoc nunc & usque
in sempiternum. Quia non relinquet
dominus virgam peccatorum super sor
tem iustorum. ut non extendant
iusti ad iniquitatem manus suas.
Benefac domine bonis & rectis cor
de. Declinantes autem in obligatio
nes adducet dominus cum ope
rantibus iniquitatem pax super
israel conuertendo. Cum
dominus captiuitatem sion fecis
sumus sicut consolati. Tunc re
pletum est gaudio os nostrum. et
lingua nostra in exultatione. Tunc
dicent inter gentes magnificauit
dominus facere cum eis. Magnifi
cauit dominus facere nobiscum
facti sumus. Conuertere domine
captiuitatem nostram sicut torrens
in austro. Qui seminant in lac
rimis in exultatione metent. Euun
tes ibant & flebant mittentes semi
na sua. Venientes autem venient
cum exultatione portantes manipulos suos.

Nisi dominus
edificauerit domum in va
num laborauerunt qui edifi
cant eam. Nisi dominus custo
dierit ciuitatem frustra uigilat
qui custodit eam. Vanum est
nobis ante lucem surgere. surgi
te postquam sederitis qui manducatis panem doloris. Cum de
derit dilectis suis somnum ecce